



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 113. Cæsar metu territus motis castris secedens

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**Sæc. XVI.** perfidiam Gallis traditum fuisse noverat.  
A.C 1516. Ergo Tribunum placare fategit, quem tam  
 men, ubi lenitate Cæsar is asperiorem  
 fieri cerneret, ad castra reverti jussit,  
 pollicitus, se illuc pomeridiano tempore  
 cum Sedunensi Cardinale iturum, qui  
 etiam suo in Gallos odio constanter in-  
 hærens tam opportunam eisdem nocen-  
 di occasionem prehendere haud neglexit.

## §. CXIII.

*Cæsar metu territus motis castris  
 secedens.*

Cum vero Helvetiorum Belliduces ca-  
 tervatim confluenterent, Cæsar inde in  
 se conspirationem conflari suspicatus, fu-  
 ga sibi consulere statuit. Ergo ad Ger-  
 manorum stationem primo se recepit, nec  
 tamen ibi securitati suæ sat cautum  
 ratus, obsidionem solvere jussit, suumque  
 exercitum ad oram Abduæ conduxit,  
 atque cum Germanorū copiis amae-  
 ocius superato in Bergamensi ditione ca-  
 stra metatus est, nec metu liber, do-  
 nec Tridentum pervenisset. Eodem die  
 Helvetii ad Cæsar is exemplum motis ca-  
 stris primo Laudam, deum ad oppi-  
 dum S. Angeli, quod deprædati sunt, re-  
 cesserunt, paulo post per Vallim Tellin-  
 nam in patriam reversi. Exercitus vero  
 aliquandiu unum adhuc agmen efficie-  
 bat,

bat, brevi tamen omnes milites, cum o- <sup>ss</sup>eccl. XVI.  
ciosi ac sine stipendiis exacte numeratis A. C. 1516.  
persisterent, dilabebantur: Germani ve-  
ro penitus a signis discedebant, nonnullis  
Veronam sese recipientibus, aliis plus-  
quam tribus millibus Gallorum vexilla  
sequentibus.

## §. CXIV.

*Urbinatis Dux sua ditione a Papa  
dejectus.*

Eodem tempore Papa, cum violati foe- <sup>Cimarelli  
hist. d'urbini  
Guicci. l. 12.  
Memoires  
du Bellay l. 1.</sup>  
deris injuriam minime a Gallis vin-  
dicari cerneret, infra viginti duorum die-  
rum intervallum Urbinatis Ducem Prin-  
cipatu suo deturbavit, Borbonio vero  
Connestabili, ne eundem imperio redde-  
re posset, in Mediolanensi statu negotium  
faceffere studuit, in suas partes Moro-  
num Cancellarium pertrahens, qui pa-  
triam suam exterorum imperio subjici  
ægerrime ferebat. Hic juncta Colum-  
nensium, ac Mediolanensium exulum o-  
pera conspirationem conflavit, quæ tamen  
jam proxime effectui danda a quodam  
Connestabilis exploratore detecta fuit.  
Borbonius, qui Papam hujus rei con-  
scium fuisse compererat, suam indignatio-  
nem in Romanam Curiam effundendi li-  
centia, ut sibi concederetur, Regem exora-  
vit. Ille autem reposuit, sumum Pontificem

K 5 cle-